



AVSPICE DÉO
ET
PERMISSV ILLVSTRIS
IVRECONSVLTORVM ORDINIS

DE
POENA EXCISIONIS
IVRE POSITIVO VNIVERSALI
IN INCESTAS Nuptias
STATVTA

Von der

Ausrottung aus dem Volke Gottes

IN
ILLVSTRI PROPTER ALBIM ACADEMIA

H. L. Q. C
AD DIEM FEBRVARII, A. d^o 10^o cc XXXVIII
PVBLICE DISPVTABIT

AC SIMVL
FATA MATRIMONIORVM ILLVSTRIVM
EIVS GENERIS EXPONIT

FRIDERICVS BENEDICTVS
CARPZOVIVS, D.

VITEMBERGAE, LITERIS HAKIANIS

VIRO
ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
AVGVSTINO LEYSERO
POTENTISSIMO SARMATARVM REGI ET PRINCIPI
ELECTORI SAXONI A CONSILHS AVLÆ ET IVSTITIÆ
CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORI CVRIÆ
PROVINCIALIS AC SCABINATVS ASSESSORI PRI-
MARIO ET ORDINIS IURIDICI IN ACADEMIA
WITTENBERGENSI ORDINARIO
&c. &c.

NEC NON
VIRO
MAGNIFICO ET SVMME VENERABILI

DOMINO
IO. GOTTLÖB CARPZOVIO
SS. THEOLOGIÆ DOCTORI CELEBERRIMO ATQVE
ECCLESiarVM CIVITATIS IMPERII LIBERÆ LVBE.
CENSIS SUPERINTENDENTI GRAVISSIMO
MERITISSIMO QVE
DOMINO, PATRVO, AC PATRONO
FILIALI PIETATE ET OBSEQVIO ETERNVM DEVENERANDO
SACRVM

VIRI ILLVSTRIS. SVMME VENERABILIS,
MAGNIFICI ATQVE EXCELLENTISSIMI,

DOMINI AC MÆCENATES
INDVLGENTISSIONI,

Equidem fastigio munerum ac meritorum, in quo
KOS collocatos a divina providentia, suspicito
utraqne Respublica, sacra & civilis, vix digna
esse videtur umbratilis hac Dissertatio: quod ta-
minam, purissimam pietatis in KOS meæ hostiam, KO-
BIS consecrare audeam, facio eorum more, qui thure &
salsa mola Numini litant, ubi maiorem victimam offerre
prohibet eorum egestas. Ac TKÆ quidem gratiae, ILLV-
STRIS LEYSERE, TKÆ Fidei, TKÆ Clientelæ, pri-
dem res spesque meas omnes commisi, qui tot aliorum for-
tunæ & studiæ incredibilis favore TVO sustentas cumque
enes TE potes, cum paucis, ut et regnum Jurisprudentie
ac elegantiorum literarum, que rara fide ex illi jungun-
tur,

IS,
S
VI
R
II
m
e
r
u
n
c
i
t
n
a
t
O
&
K
r
i
o
q
u
i
a
m
ur,

tur, TE unice colui, TVA entheo scripta diurna nocturnaque manu versavi, ut si quid est in me bonæ frugis, si quid unquam, ad ornandam artem nostram, conferre valeam, TE mihi principem, & ad suscipiendam & ad ingredientiam rationem horum studiorum, exitisse videam, TV quoque ejus rei omnem fructum a me repetere prope jure TVO debeas. Ecquibus autem verbis, TVA, o & præsidium & dulce decus meum! SVMME VENERABILIS CARPZOVI, infinita in me merita prædicem, istumque plus quam paternum affectum, quo me inde a prima juventute in hunc usque diem tenerrime complexus es? Recordor adhuc, quanta sollicitudine ac fide Lipsiae mea studia rexeris, quam liberaliter domo TVA me exceperis, quam saluberrimis monitis instruxeris, quam tristem nunquam, imo doctiorem semper ac meliorem a facie TVA abire passus sis, quam denique absentem quoque literis humanissimis respexeris, commendatione TVA iudaveris, ac iten tidem beneficiis plane singularibus cumulaveris. Debeo sane TIBI, PATRVE OPTIME MAXIME, tantum, quantum modo homini ab homine deberi fas est: quin banc ipsam, quam hic offero, commentationem TVO hortatui, TVIS suppetiis, quas, ad concinnandam eam, mibi tulisti, in acceptis refero. Redit ergo ad VOS, VIRI MAGNIFICI, quod muneris omne Vestri est. Solvo, quod debui, & adhuc debeo, quod solvi. Suscipite modo serena fronte tesseram banc atque arrham pietatis meæ in VOS, cultusque æterni. Non aucupor ea gratiam VESTRAM, quippe satis certus de eadem: neque enim fieri potest,

potest, ut a VESTRA humanitate desciscatis, aut VOS
ipsi retexatis. Non laudam VESTRARUM exigere monu-
mentum præsumo, quas caelesti VESTRE verecundiae eo
minus ingero, quo facilius eae VOS fatigare possunt, quam
me satiare. Minime omnium fredo lucri amore feror, qui
alias Dedicationum scopus esse solet: quid enim amplius lu-
crari possem, quam benevolentiam VESTRAM? Solam re-
spicite grati animi significationem, quam, quo innocentior
est puriorque, eo magis VOBIS probatum iri confido. Re-
solvitur ea in pia vota, pro salute VESTRA atque in-
columitate perpetua. Faxit immortale Numen, at floreatis
vigeatisque contra ipsam imminentem senectam, in decus
literati orbis, in Ecclesiæ pariter ac Reip. emolumentum, in
præsidium denique & ornamentum SPLENDIDISSIMA-
RUM FAMILIARUM, quarum capita estis reverenda.
Valete, Viri Magnifici, Clientique VOBIS ære & manci-
pio addicto, favere pergit. Dabam Wittenbergæ, die de-
cimo ante Calendas Martij, A. c^l Is^l CC XXXIX.

EXCELENTISSIMORVM NOMINVM
VESTRORVM

SUBMISSIVS CLENS,
FRIDERICVS BENEDICTVS CARPZOVIVS. D.



Q. D. B. V



Nter controverias, quæ nostra æate, &
Theologis non minus, quam ICris, magna
contentione agitata sunt, sive omnes,
qua de lege divina circa nuptias præcip-
querum agit, siquidem hanc legem alii
mere forentur habent, & everfa politia
Judaica, Christianos hodie obligare ne-
gant, alii agnoscunt quidem universalem,
sed quantum excludat dispensationem Prin-
cipes, tanquam vicarii Dei in his terris, perinde ut olim Deus
immediatè circa eam dispensaverit in Patriarchis, eorumque po-
lygenia, jure Leviratus &c. paucissimi, quos agnoscat annapit
hanc quoque Principis porcularem lumen, eique, tanquam in-
feriori respectu LL. universalium, quas sumimus Legislator de-
dit, omne jus aggriandi, derogandique ius abjudicant. Longum
foret, recensere ea, quæ hinc inde a doctissimis viris pro-
lixè disputata fuerunt, nec id ego præsumere audeo, ut quic-
quam circa disceptandi rationem notem, qua ex suo quis-
que ingenio in hoc argumento versatus est. Illud tamen
non temere animadvertisse mihi videor, tantum non omnes
circa idem tacitos præteriisse, quod meo qualicunque judicio,
saniori, quam ruerat, sententia maximum adicere poterat.
A 2

XX.

VOS
onu
e eo
uam
qui
s lu
i re
tior
Re
ir
atis
ecus
, in
IA
nda.
nci
de

M

D.



XXI.7. expresse statuitur in eos quinque classis iuratis contrahunt, alium tenuere silentibus; id quod inde factum esse reor, quod natura huius pueri paucis fatis cognita, & a plerisque ea habita fuerit civilis facultas forensis, & Induca genti propria; unde nostrae Reip. statui aliquis convenire, nec ab ea Christianorum cuiquam metuendum esse, existimarentur. Dignum proinde argumentum isthac mihi visum est, in quo tanto sollicitius elaborare, quanto securius facilius neglegendum jacet, & a nemine sere, quod sciam, inter Theologos pariter ac ICois, data opera tenetarum, vel penitus absolutum fuit. Unde & illi, quondam THOMAS, in Iurisprudentia divisa lib. III. c. 7. §. 140. notabili suam de hac pena sententiam exposuerat, sed pro more defensuas iterum, demum nescius, qui elaboratur difficultibus circa eam proditivis, concludit, mereri hanc controversiam ultioriem disquisitionem. Eam vero dant in praesens suscipio, magni sane momenti esse, nemo facile ambiget, qui intelligens rerum estimat, interesse nostram, ut sciamus, quoniam per Excusationem penae severitas a Deo tradicetur? Et si ea universalis sit, ad hoc enim omnigenus humanus ab inceptis conjunctionibus arreat, discimus, quam seria sit voluntas Dei, de cavenda propinquorum iuratis, quamque ea a reverente, salutis sua cum reverente, tum eterno memore, concernit, aut cauquam vel a summo in his terris Principe, ejus rei impunitas concedi posset? Sane enim aut plane non, aut hoc demum patto, firmissimum obiciem possemus suminorum imperantium potestari, qui, cum sunt auctoritati, quod libet, sibi, cum Agrippina, etiam licere putant, nec ideo reverentur, mox circa gradus jure divino probibitos dispensare, mox in polygamia & divortiis temerariis sibi aliisque indulgere, mox in ipsius Religionis negotio consuetudinis subditorum imperare, mox alio in solius DEI Regalia atque Reservata in custido, suprema potestare sua abutiri. Hos si, qua fas est, reverentia commonefaciatis, quod in hoc negotio non cum suis me legibus, non cum aequali, aut inferiore subdito

dico suo; sed cum ipso Deo rem habeant, ejusque sanctionem penam
irrident: si ad animam iis revoces obligacionem, qua Deo,
regni sui auctoritate tenetur, quia non solum externa subjectorum
fatuus quiete providere, sed eternam quoque eorum salutem sub-
cure, cordique habere debent: si denique offendas, quod, permit-
tendo nuptias, veluti cum patruo, leviro, aut sorore uxoris, exi-
mere quidem contrahentes humanæ penæ queant, at non item
excisioni diuinæ, quam simul ipsi principes, per ejusmodi nefar-
iam dispensationem, in se, gentemque suam, & omnem principi-
patum deponant: cum profecto agnoscant, necesse est, Juris po-
sitive universalis vim atque potestatem abstineantque sponte ab
omni ejus violatione, ac immunitione. At cum istud argumen-
tum ita comparatum sit, ut fere totum ex diuini Codicis penu-
te purioris Antiquitatis Hebraeæ sonibus hauriri debeat, in limi-
ne statim operis via in me impetranda est ab iis, qui mes alcem-
bis in alienam messenæ immittere judicent. Tueri quidem me
adversus hos poteram, exemplo magnitudinis ICororum, SEL-
DENI, GROTH, CVNÆI, & ipsorum incomparabilium,
nunc davorum, in hac Academia Duumvirorum, ZIEGLERI, &
BERGERI, quorum umbræ mibi venerabiles sunt, & ad quorum
laudum fabrigiam nunquam assurgere præsumor: sed ipsa opinor,
argumenti dignitas, & hoc tempore tractandi ejus necessitas, sa-
ris excusabunt meam in suscipiendo ea fiduciam, in exerciendo in-
dustriam; siquidem de prohibitione graduum in nuptiis, & jure
principis circa eam, plus bodie, prob dolor humani, quam di-
vini juris interpres consuli videoas. Eadem vero excusationis
meæ præsidia, simul a benevolo Lectore facilem mibi erratorum
veniam spandler, secubi in hac tractatione, quam veluti novam
& hucusque intentatam fere aggredior, hinc inde ballucinatus
fuerò. Deus modo, cuius causum ago, cuius leges defendo, cu-
jus penæ severitatem tremebundus afferro, prosperum labori huic
largiatur successum!

I. Prohibitio nuptiarum divina, quæ habetur Levit. XXIX. & XX. est lex positiva universalis;

II. Pænance sibi junt am habet universalem, nempe Excisionis, Levit. XXIX. 29. XX. 17.

Anno abhinc altero celeberrimus JCTus Halensis, D. JAC. GABR. WOLFIUS, publici juris recit. Recitatives Gurachren, über die Zulässigkeit der Ehe mit der verstorbenen Frauen Schmester bey Gelegenheit einer anderweitigen hohen Rechts Fürstlichen Vermählung, im Jahr 1732. erbecker. In eo scripto (de cœsius vñore alias judicio summe Reverendu. Autorum der Erbauungsfreien Fructu. der Theol. Sammlung von Alten und Neuen, im zwey Beitrug, auf Jahr 1731. p. 147. seq. tota mente subscribo,) S. 7. 1. §. 2. & 32. veratissimum, de matrimonio cum defuncte uxoris sorore, controveriam inde decidere satagit, quod nulla omnino sit arque detur arbitratia Dei lex. NB. universalis. sed ex solo natura lumine patere debeat, quicquid omnes homines obligandi vim habet. Particularis ergo & forensis ipsi lex est, quæ Levit. XXIX. versu sive 16. sive 18. de non ducenta uxoris sorore feratur, utpote quæ soli populo Iudaico lati, alias gentes nec olim obstrinxerit, nec hodie obliget, ibid. Sect. II. p. 48. seq. Omnitio refutationem proxim argumentorum, quæ pro hac sententia sua in medium afferit; quippe nō tam iam licet contra alium adversarium depugnet a Magnificeo Theologo Lipsiensi, DN. D. CLAV. SINGIO, in Disputatione Anti-Hoterana II. de nuptio propinquos.

DE POENA EXCISIONIS.

7

pinorum jure divino probibitis, Lipsiae A.D. 1726. edita; ita
demque larga manu instructam ab immortalis memoriae
JCTO. IO. HENR. de BERGER, in disquisitione: *utrum*
a principe temperari pena adulterii possit? quæ infra legitur
Jurisprudentia ejus Criminall P. II. Supplementorum, p. 329. seq.
Unicum saltem, quod p. 17. ex Rom. II, 12. seq. petit, & no-
vum attulisse videri vult telum, avertere juvat. Opponi
quippe sibi invicem d. l. ait Iudeos atque Gentiles, ac illos
quidem ex lege, quam violarunt; hos vero, cum sine le-
ge, ex solo naturæ dictamine, vivant, sine lege quoque ju-
dicandos damnandosque esse statui. Unde liquere putat, præ-
ter naturæ legem, nullam aliam gentiles obligare; alius
quippe Apostolum nos meminisse, & diserte pronunciare,
eos sine lege perire. At respondemus, Apostolum non
simpliciter negare, quod innotuerat LL. divinae gentili-
bus, sed comparare saltem, de solenni eiusmodi ac illustri
promulgatione earum, accipi velle, quæ divino beneficio
contigit populo Judaico, at non ita ulli alii genti, Deut.
IV, 6. seq. & Psalm. CXLVII, 9. seq. Cæterum, præter le-
gem Naturæ, alias plures LL. divinas gentilibus datas, pro-
mulgatasve fuisse, licet non ipsius majoribus tamen eorum,
Adamo & Noacho, totum humanum genus referentibus,
cum inde manifestum est, quod alioquin ob transgreshio-
nem earum puniri hanc poruerint, quibus ex nuncquam
publicate sint, punitos autem fuisse, diserte legatur Lev.
XIIIX, 26. seq.; tum ex eo constat, quod in Novo Testamento
plus simpliciter repetita haec LL. aliquoties, veluti Acto.
XV, 20. Cor. V, 1. & XI, 2. legg. expresse dicantur gentiles
quoque obligare. Sed haec obiter contra Celeberr. WOL-
FIVM annorasse sufficiat. Paucis nunc ea, quæ ad proba-
tionem pertinent Lemmarum supra propositorum, attin-
gam. Scilicet duos, cum illustriss. BERGERO, in citata
disquisitione P. I. §. 2. characteres essentiales juris posuvi
uni-

DE POENA EXCISIONIS.

universalis constituimus; alterum, ut versetur circa actiones, nec honestate, nec turpitudine interna praeditas, sed Jure Naturae indifferentes, & a libera voluntate divina determinandas dirigendasve; alterum, ut haec ipsa voluntas divina, omnibus omnino hominibus innotuisse legatur in V. T. eademque repetita fuetit in novo Fœdere. Quod si jam ad hunc Lydium lapidem exigamus legem nostram, de prohibitione nuptiarum in gradibus quibusdam cognitionis, primum liquido appetet, eam ex lumine rationis haud cognosci, ac proinde, ante ejus promulgationem, ipsis Adami liberis primi gradus licuisse, sibi invicem jungi; quo nimur ab uno eodemque sanguine, omne genus hominum originem duceret, ac propagaretur, *Act. XVII. 26.* Promulgationem vero universalem, quamvis ante publicationem Mosaicam, quæ particularis fuit, præcise demonstrare nequeamus, negare tamen, aut in dubium vocare, ideo grave fuerit, quod conceptis verbis *Lev. XXIX. 26. seqq.* legimus, quod gentes adversus has conubiales leges peccaverint, & idcirco puniauerint; illud autem vel cogitatu horrendum sit, justissimum Numen puniturum eos, qui violaverint quasdam sibi ignotas constitutiones. De repetitione legis in Novo Fœdere res satis clara est, & vel cruentum, quod cœlestis veritatis ejus firmandæ gratia, divus Johannes subiit martyrium, *Mattb. XIV. 3-12. Marc. VI. 17-29.* vel gravissimum Pauli, Apostoli, de incestuoso Corinthio, judicium, *i. Cor. V. 1. seqq.* eam aperte testantur. Atque ita evicimus, legem, de prohibitis gradibus matrimonialibus, universalem esse; majus vero in se dubium habet pena Excisionis, quam in violatores ejus statuit divina Nemesis *Levir. XXIX. 29. & XX. 17.* utrum ea perinde universalis sit, quam ipsa sanctio legis? Illud abunde probatum dedit laudatus, *III. BERGERVS, in dicta disquisitione, P. II. §. 14. seqq.* penam capit, quæ *Levit. XX.*

XX. 10. & Deuteron. XXII. 22. irrogatur adulteris, perinde quam alias ibidem statutas pœnas capitales, universalem non esse, sed mere forensem, atque genti Iudaicæ propriam. Exigebat nimurum istum pœnae rigorem, non solum familiaris, & domestica quasi huic populo, erga jussiones divinas pertinacia, quæ vix jugo severissimarum LL. & atrocissimarum pœnarum freno, domari poterat; sed merebatur insuper contemptus duplicitis, quam tolerabat Deus in hac gente, libertatis, qua videlicet cum plures simul ducere poterant uxores, tum semet invicem pro luctitu repudiare, & ab invicem divertere coniuges. Hac gauishi, & nihilominus alienum polluentes thorum, merito gravissimo mortis suppicio affici debebant. Accedit, quod, ad Messiam, qui ex certa tribu stirpeque Israelis nasciturus erat, indubitate dignoscendum, adulterinae commixtiones omnibus modis præcavendæ, severiusque vindicandæ fuerint. Idem vero valere de aliis pluribus pœnis, quæ in dicto Levit. XX. memorantur, nec eas hodieque omnibus Rebus publ. convenire, extra controversiam est: Siquidem ea omnes a potestate humana infligendæ erant, & hinc hodie a quovis summo imperante, pro fui cujusque populi genio, temporumque conditione, mutari, temperari, aut plane tolli possunt. At longe alia ratio est pœnae Excisionis. Ea, uti mox ostendam, non corporalis, forensis, aut humana est, sed spiritualis, interna, ac divina; nec hinc ea ab ludere a forma judiciorum nostrorum, aut ab hujus vel illius legislatoris humani arbitrio pendere, dici potest. Deus enim, supremus terrarum dominus, ac rector hujus universi independens, quin regum ipsorum rex, sibi eam reservavit, imponendam voluntatis suæ sanctissimæ temeritoribus; quæ proinde a nemine mortalium, quamcumque sibi concessam jactitet potestatem, mutari, mitigari, aut legi universalí demi potest. Est ea perinde universalis,

salis, quam ipsa lex, & a DEO non Iudæis modo inflata, ut a Rep. civili aut gremio Ecclesiæ sua ejicerentur, sed ut omnino grata Dei in hac, & felicitate aeterna in altera vita præventur: verum etiam ipsos Gentiles tangit, non ut expellentur sedibus avitis, quæ fane expulso rationem formalem hujus poenæ neutiquam constituit, sed ut arceantrur a communione spirituali cum populo fidelium, nec ad possessionem beatarum sedium unquam admittantur. Eademque etiamnum manet quosvis contemtores divinae legis universalis, ut excedantur. E consortio sacerdotum, nec partem ferant terrena aeternaque eorum salutis. Obiter tamen hic, ubi de ejectione gentilium ex patribus sedibus idiximus, simul notamus vulgarem errorem, quo quidam non insimili hominibus Jureconsulti existimant, vel inde argui, quod Mosaicus graduum prohibito ad omnes omnino homines non pervenit, quia illud, quod eidem subiectur *Iacob. XIII, 13. & XXII, 3.* de extirpatis ob abominationes istas gentilibus, non de omnibus in cit. H. interdictis accipientibus delictis, nemp. Sodomia pæderastia, immoderatione hominum, & adulterio, ob hæc crimina non ob nuptias propinquorum, ejectos fuisse gentiles. Videantur in hanc sententiam GROTIUS de Jure lib. II. cap. II. n. 17. n. 2. & BRUCKNERVS in Decis. matrimonii c. 3. f. 47. Respondeamus enim cum accuratissimo Polemico, SEBAST. EDZARDO, in *Animadvers. ad Hierosolami Histor. Ecclesiast. p. 150.* reputnare hunc expositioni textus, partim universalitatem divinae assertionis, qua in allegatis locis distinet meminit, quod ob violatas omnes predictas II. terra evomerit incolas suos, partim in hierosolima, nemp. Levit. XXI, versum 22. cum sequentibus, ubi hujus extirpationis mentio fit, immediate praecedere prohibitionem conjugii cum uxore patrui, cum fratria,

DE POENA EXCISIONIS.

11

tria, aliisque cognatis, & 19. 20. 21. quibus ibidem mult. iudiciorum copunctioni cum sorore, etiam unilaterali expressa addi; eandem excisionis comminationem iudicamento arguitur, etiam ob harum LL. connubialium transgressionem expulsoe fuisse gentiles.

III.

Pena licet in se spectata, non est pena corporalis, aut forensis, sed manu solius Dei infligitur.

Antequam in indolem penae nostre penitus inquit amorem removendas mihi esse video aliorum de ea pervertit tentias. Cornitis enim iis, quas Excisionem non constituant, facilior erit propria eius nature investigatio; uti simili fere collectione, in alio licet argumento, statutum imperatoris in pr. I. de his qui sibi vel alieni iure. Hic vero imprimitur corum interpres Christianorum refellenda est opinio, qui forensem habent hanc penam & judicalem. Sentunt ita e. Pontificis BELLARMINVS, de Sacramentis, lib. I. c. 17. refutatus ideo a CHAMIERIO in Pariser. Tom. IV. lib. 3. c. 3. n. 17. seqq. & e. Reformatus PISCATOR in Comment. ad Genes. XVII. 14. at repugnante tota Annalitate Judaica, in qua teste SELDENO de Syved. vet. Eborac. I. c. 6. p. 89. & 92. unanimis est consensio. Talmudicorum seu Traditionalium, tam Kariorum seu Scripturariorum, licet alias haec duo Secta sibi inservient, inibentissime contradicunt, quod divinitus solum, & manu ipsius Dei, non hominis, non a potestate Synedrii, aut aliqua judiciali, Exciso infligenda sit. Observarunt illud dicendum dogustimi in hoc literarum genere viii, SEXTIN. AMAMA in dict. Barbara, p. 96. RYXTORTINS in Tr. de sponsal. & diuini sub nomine Dissent. ABARBENELIS, de pena excidit, p. 95. LEIDDECKER de Republica Hebreorum, lib. XI. c. 8. off. 7. HOORNBECK in Kort. & Novis. B 2

T. I.



T. I. p. 390. legg. & HOTTINGERVS in *Fire Hebreorum*,
 p. 390. legg. scire urgentes in hanc rem phraseologiam sa-
 cram, & quod sapiens legislator, ubiqueque de Excisi-
 one loquitur, nunquam in secunda persona praecipit, &
 exscindes, vel, & exscindens animam illum, verum item
 per aut in tertia persona: & exscindetur vir ille, anima ista,
Gen. XVII. 14. Levit. VII. 20. 21. 25. 27. XIIIX. 29. & XX. 17. 18.
 aut in primis ego exscindam eum, eamve, e medio populi sui,
 ponam faciam meam contra illum, gentemque ejus, ut funditus
everram Lev. XVII. 10. & XX. 3. 5. 6. manifesto indicio, se
 non aliis demandare penam hujus executionem, sed ipsum
 sibi reservasse, cui, & quando, & qua ratione, eam irro-
 gare velit? Faciunt huc plura alia argumenta, quæ SED
 DENVS I. ad affere, velut quod ex MAIMONIDE addu-
 cit de incircumcis, quibus demum in extremo articulo
 mons coniugile excisionem, nec antea supplicium a Sy-
 nectino irrogandum fuisse probat. Idem innuit primus
 scriptor locutus, quo vox: *excidere*, reperitur
 nempe *Gen. IX. 17.* de excidendo per diluvium omnigen-
 nere humano: quod sane tremendum excidium a solo
 Deo univerbo terrarum orbis immittebatur. Inde quo-
 que est quod plerunque Excisionis penam animæ im-
 ponit legamus. *Die Seile soll ausgerichtet werden aus seinem*
Volk. Animæ vero supplicium non judex humanus, sed
 Deus infligit, qui pater est spirituum omnis carnis, *Vim.*
XVI. 22. & cum homines corpus tantem necare queant,
 non item animam, inse uitrumque perdere ac aeternum
 delere valer. *Marth. X. 28.* Demum, uti bene monet sagas
 cissimus divina mentis interpres, SEB. SCHMIDIVS in
Tr. de Circumcisione, p. 178. 179. statuta fuit excisionis pena, ve-
 luti in incircumcisos. *Gen. XVII. 14.* & fermentum come-
 dentes intra Pischatis celebritatem. *Exod. XII. 5. 19.* ante-
 quam Resp. Hebreorum, Synedriuumque constituerent;

mine.

manebat ea etiam vernaſy & ſervos eius, qui membra Reip. hujus non erant. *Gen. XVII. 12.* *Num. IX. 4.* ut conſtet, ci- lem eam aut a foreni potestate quippe cum nobis ſta- bilita, aut in Hebreos ſolum ſtatuendam non fuit, fed diuinam, & ab ipſius Dei manu expeſtandam.

Exodus. XIX. 17. *Lev. XXI. 2.* *Exodus. XXVIII. 39.* *Lev. XXVIII. 40.* *Exodus. XXIX. 1.* *Lev. XXVIII. 42.* *Exodus. XXVIII. 43.*

Proinde non infer mortem prenaturum, ne- quidem. *Gen. Lato-*

Nec arabitatem vel sterilitatem, aut deſtitu- mationis nominis & posteritatis denata.

Predictas ſententias omnes excogitauit veteres Iudaeorum imagistri, quorum mira eft de ſenu pene noſtra diſcen- ſio. Miliſ eas in compendium Cl. VII. JO. HENR. HOT- TINGERVS, in *Jure Hebreorum*, p. 340. ſeq. & ex ISAACI ABARBANELIS *Difertatione de Ixchi pena*, in *Commen- tario ejus ad Legem*, ad *Num. XV.* 30. fequentes earum auto- res commemoſat. Nempe R. SAADIAS excidium ſignifica- re ait, abbreviationem dierum peccatoris, & finem vitæ ejus ante ſtatutum tempus, nec quicquam aliud. Inde vo- cem animæ non de anima intelligenti. Ted ſpiritu hominis vitali, ſeu de corpo re accipit, allegatis huc locis *Lev. VI. 20.* 21. & 27. item *Lev. XVII. 15.* ubi animæ contingentis immundum quid, aut ſanguinem comedentis vel cadaver laceratum, ve a teris, mentio fit; quibus perinde animam pro corpo- roni exiftimat ac alibi. *Psalm. CXLV.* 27. corpus pro ani- ma. Refert huc exemplum Moſis, quem DEVS ob negle- clam filii circumciſionem, repentina morte e medio tollere voluerit. *Exod. IV. 24.* Vicifim autores ADDITIONVM

TALMUDICARVM p[er] principio Tractatus Jerominoth, excisori dici voluit; quintero die morbi moriatur; eamque inter nos excidij, & mortis d[omi]n[is] differentiam statuimus quod illorum pena sit usque ad annum quinquagesimum, horum derum post annum illum contingat, usque ad sexagesimum, sicuti mortuorum in deserto. Num. XXV, 6. id quod morte suo, & cinque admodum probant, scilicet ex eo, quod Num. IV, 18. dicatur: ne exscindatis tribum familia Kabaribam & medio Levitarum, ministerium autem eorum durasse usque ad annum quinquagesimum, Num. XIII, 25. Leviori ergo habent excidij penam, quam mortis d[omi]n[is]. Causa atque de hac sentit MAIMONIDES, qui in explicatione Mischnajot in Surbedrin, eam minorem facit, siquidem excidii reum pena estiam post mortem manet, quia dicitur exscindendo (sa in hac) exscindit, sed est, in altera vita;) motus d[omi]n[is] rei vero expiatio contingit in morte. Deumur R. SA-
LOM JARCHI, in Scheda Circumcisiorum, ad Gen. XVII, 14. Et de offerente sacrificium avara tabernaculum, ad Lev. XVII, 1, in qua principio Thab. Saltud. Kerith, sententia non reddit quod Excisio dicatur de iis, quorum semen atque posteritas exscinditur, seu quibus liberis moriuntur. Probat enim ex comminatione divina, que plerunque jungitur excidi pena: sine liberis moriuntur, aut sine liberis eritis, quas diversae locutiones ita se invicem discernit. ut: sine liberis mori, dicatur de eo, qui liberos habet tempore commissi delicti, sed orbis decedit, dum fata eorum superstes lugere cogitur; liberis esset, vero lis jubeatur, qui sterilem thorum habet, quem polluit incestu; nec letam inde subi succrescere vi, et progeniem. Idem inveni putat, dum his exscindit dicitur de populo subnam cui liberi sunt aut nepotes, is quoque post obitum p[ro]p[ter]e populi, & in vivis, quibus esse videatur, sine nomine, ejus atque memoria deleta censetur. G VITHEI de jure Mon. I, 1, 1. Per hunc proverbiu[m] Iudeorum, eius meminit FAGIVS,
sup. 11

in Ex. XII. Kir. p̄f̄ filii, est sine vita. Ipse HOTTINGERVS, cuius fidem haec tenus, in recente suis opinionibus Hebraeorum secutus sum, illorum sententia accedit, qui mortem praeaturam Excisione inferre putant; unde pag. 744. hanc ejus definitionem suppeditat, esse eam abscissionem, abruptionem, quem de cœlari rationem dicit in hoc mundo. Et abscissionem voluntatis animata in mundo uenit. Ad stipulatum ei celeberrimus Anglus, THOM. GOODWIN, in Mose & Aarone, sed qui parum sibi constare videtur, cum modo lib. VI. c. 15. mortem corporalem genitorum, modo lib. III. c. 14. penam paternam per Excisionem significari existimat. Jam in resurando hiscendiversis Hebreorum opinionibus, tanto breviori mihi esse licet, quanto rectius jam ab ipso primario eorum Schola magistro, ISAACO ABARBENELE, in laudata supra *Dissertatione de pena exordi*, redarguntur. Eni nvero merito is negat, quod in excitatis a R. SAADIA locis, appellatione carnis aut animæ, altera solum intelligatur; sed totum semper hominem, totum suppositum, quod anima constat & corpore ibi fatur, ex vero judicat. Id quod luculentius probari potest ex Lep. XVII. 2. g. 10. Et ut ab anima loco virginitas sit, Quod vero subinde solum anima excindi dicatur, inde fieri putat, quod deicta, quæ excisione plectuntur, patrentur in primis ab anima, cojus imperium corpus propter intimam cum ea unionem, sequi necesse habeat, & quod ea ipsa phrasim simul indicetur, penam Excisionis spiritualem esse, non corporalem. Ad discrimen omnino interfcedere, inter excisionem & mortem 9. ad 10. vel inde probat, quod in Talmud Sandelin c. 9. inter reos mortis per manus cœli, ne unicus quidem eorum 36. delinquentium numeretur, inquisit Lex excidium interminatur, nec sic illum in MISCHNA, ad. de Excidio, inter illa 36. excidia illum referatur, crimen, quod morte 9. ad 10. punitur. Consummatur quidem omnis excisa in morte peccatoris, at non imminatura ea semper, nec

quæ immediate & violento modo a Deo immittitur: siquidem & impii subinde longævi sunt, *Pf. XLIX*, 10. dum supplicium eorum per longanimitatem Dei differtur, non auferatur. *Eccles. VIII*, 11-13. Exemplum Mosis ostendit saltem, quid possit diuina Nemesis, non quid velit semper? Posse enim mortem θειλατον comitari excisionem, infra per exempla docebo: at inde non sequitur, eam constitui ista, et hanc veram ejus notionem esse. Morte namque non extinguitur excisio, sed augetur; & quo usque nomen stat animæ, quæ immortalis est, ipsa durat continuaturque. Aque sicutneum est argumentum, quo *Additiones Talmudicae* probant, eum exscindi, qui tertio die morbi moritur. Naturale sepe homini est istud mortis tempus, & beneficium potius Dei, quo citius ægros compedibus lecti feralis solvit, et acutissimis mortis doloribus eximit, quam pena. Ac licet etiam quis reus fuerit Excisionis, sufficit ei triduum, ad penitentiam agendam; qua vero omnem reatum tolli, extra controversiam est. Nec magis verosimile est, quod iidem Talmudici fabulantur, de anno ætatis quinquagesimo. Ponamus enim, aliquem in prima juventute propinquam ducere, erit ille veluti conductus, ut vivendo attingat istum ætatis terminum. Aut singamus, ipsam naturam in hoc anno absolvere vitæ cuiusquam cursum; quis illico eum Excisionis reum statuat? Mortem θειλατον a pena nostra plane distinguimus, siquidem illa non utique in penam semper, ut in Gero atque Onano, *Gen. XXXIX*, 7. & 10. infertur; verum quandoque argumentum gratiæ divinæ est, veluti, in filio Davidis, 2 *Sam. XII*, 13. & Jerobeami, 1. *Reg. XIV*, 12. 13. item in Josia Rege, 2. *Reg. XXII*, 20. Ipsi justi tolluntur è medio, ut liberentur ab imminentibus malis, placideque quiescant, *Ies. LVII*, 1. 2. & impii sepe abripiuntur quidem præmatura morte, at non toti pereunt, sed corpus saltem, ut anima servetur. 1. *Cor. V*, 5. Ita mors θειλατος utrisque sepe optata venit; at non item Excisio,

cisio, quam omnium malorum potius complementum dixeris, nec unquam ulli saluti cessuram. Conferatur omnino Theologi consummatissimi, b. WERNSDORFI¹ Dissertatio, de salute hominum ipsis in peccatis morte abreptorum. Witteb. 1726. Denique R. JARCHII sententia ab ipsa quotidiana refellitur experientia, siquidem incesta matrimonia prole deflitti, & olim semper sterilia fuisse, dici non potest; diserte etiam in Legi orbitatis ab excisionis pena secernitur, haecque omnibus, illa quibusdam faltem nefariis conjunctionibus imponitur; quin sequeretur, excisioni locum non relinqui iis, qui quæ natura impotentes aut steriles forent, aut in ultima senectute contra legum præcepta coirent; nisi dicas, ex priore matrimonio liberos tum extirpandos esse, in quos ramen nulla culpa cadit. Apposite hoc AVGVSTINVS Qv. 76.
 „in Levit. Quid est? Sine filii morientur, cum ex hujusmodi coniunctionibus filii & ante nati sint, & hodie nascantur? an hoc intelligendum est lege Dei constitutum, ut quicunque ex iis nati fuerint, non deparentur filii, i. e. nullo parentibus jure succedant? Orbitatis vero & sterilitatis pœna olim in gente Dei magni momenti erat, siquidem orbi, vi relationis symbolicae, nec de Messia, quippe ex ea oriundi, nec de aliis propagationibus divinis participare credebantur, quarum non prema erat, numerosæ prolijs. Interim concedimus, quatenus deletio nominis ac posteritatis ad omnes facinorosos pertinet, Ps. XXXIV, 17. XXXVII, g. 22. 28. 34. 38. LII, 7. CIX, 13. 15. Sir. XL, 15. 16. eantibus manere etiam excisos, liberosque incestuosos felices fortunatosque haud futuros. Qv. XXIII, 34. 36. Sep. III, 16. seq. Virtus enim Seminis puniuntur in Semine. Conferatur omnino locus Hof IX, 12. ubi Deus communatur, se etiam si, quibus sterilitatem minatur, liberos tollant, eos tamen illiberes reddituros, & ne adolescant, aut viri flant, effecturum.

C

VI. Nec

VI.

Nec etiam de exclusione civili e Rep. aut Excommunicatione Ecclesiastica, aut utraque simili accipienda venit.

VII.

Multo minus penae capitalis supplicium irrogat.

Hactenus disputavi contra Hebreos, nunc Iustrabo etiam Christianorum DD. sententiam, qui per Excisionem, aut ieiuationem civilem, aut excommunicationem Ecclesiasticam, aut utramque simul intelligi volunt. In civilem excusio em concedentes, apud BXV TORMIVM Tr. de Sponfia & divort. p. 195. rituuntur phrasibus Scripturae quibus ex Israele, e medio populi sui ex cetero Israe, e medio congregationis &c. excindendi dicuntur rei. Num. XIX. 13. 20. quos refutat tamen laudatus Autor. Qui vero accedit iis. ANDR. HOIERVS. Cimber, in pestilentissimo de nupt. propinquorum, jure divino non prohibitus, Diagrammate, p. 53. ideo hic deminutionem capitii saltem, medianam & minimam, seu privationem jurium civitatis atque familie, denotari contendit, quod ea pena plerumque LL. particularibus, maxime Ceremonialibus, addatur, veluti: de circumcisione, Gen. XVII. 14. de cavendo fermento in Paschate, Exod. XII. 15. 19. de non imitando oleo aut suffitu sacro, Ex. XXX. 33. 38. de non comedenda carne sacrificii, Lev. VII. 20. 21. 25. aut sanguine, Lev. VII. 27. XII. 10. 14. de non mactanda victima, nisi ante tabernaculum sacram, Lev. XVII. 7. 9. de non profananda oblatione, Lev. XXVII. 3. de non negligendo Patchate, Num. IX. 13. de non omitendi immundi expiacione, Num. XI. 13. 20. quae cum omnes ac singulae sublato cultu Levitico, hodie cessent, necesse sit, cessare quoque penam iis ad-

adjunctam; nec proinde eam characterem legis universalis esse, sed particularis, quæ Judæis tantum lata, & ex quorum gente & sacris ita punitus ejiciendus esset. Nec enim severiorem penam videji posse, quæ subinde levibus satis delictis statuatur. De excommunicatione Ecclesiastica sententiam divo LVTHERO nostro tribuit, laudatus antea D. SCHMIDIVS in *Tr. de Circumcisione*, p. 189. sed ex cirato loco *Commentarii in Genesim ad c. XVII, 14.* illud haud constare arbitror, siquidem expresse ibi negat, quod eradicatio ejusmodi intelligatur, ubi quis ab atra & sacrificiis retrahetur. Postore vero jure hoc spectat THOM. GOODWIN, in *Mos. & Aaron. lib. III. c. 4. §. 9.* aquipollere hinc judicans Excisionis penæ, το ἀπορυγάνων παιδα, in Novo Fœdere, *Joh. XVI. 2.* Vtramque exclusionem, civilem & Ecclesiasticam conjungit, modo memoratus iucunparabilis Exegeta SCHMIDIVS, I. c. pag. 191. & licet largiatur primariam Excisionis rationem in spirituali aeternaque pena constitisse, necessarium tamen consequens, & externum veluti ejus signum fuisse putat exclusiōnem civilem atque sacram: siquidem nec Ecclesia ad communia sacra admittere potuerit, quos extra communionem novat gratiæ hereditatisque cœlestis, nec Resp. civilis, utique quæ in Theocracia Judaïca cum sacra tam arce uniretur, tolerare ut civem, qui LL. institutisque divinis vivere detrectaret. Pro capitali demum supplicio venditabat prius Excisionem, THOMASIVS in *Jurispr. divin. lib. III. c. 7. §. 137.* s. q. eo quod *Lev. XII. X.* ubi de gentibus propter crimina sua extirpatis diūtum erat; mox v. 29. de excindendis eod in modo Israelitis, comminatio subsequatur: & tum quidem negabat principiū aggratiandi circa eam penam, perinde ut in homicidio: at mutata mente cum in altera ejus libri editione, not. b. tum in *Tom. VI. OBSERV. HALLENS. Obj. 27. §. 51. seq.* recte quidem ex *Gen. XVII. 14.* colligit, το excindere non semper capit pœnam inferre, simul autem frigide exstimat, per Excilio.

cisionem intelligi, vel occultum Dei iudicium, vel rationem naturalem, qua homo adeo luxuriosus, ut nullam harum matrimonialium II. observet, plerumque ineptius sit ad generandam iobolem, & mortem sibi ipsi ulro acceleret, *arg. Lev. XX. 20.* Ut ut vero omnes haec diversae opiniones, suam queque speciem singularem, praese ferant, pace inmen tantorum Nominum, neutrī subscribo. Statim enim aduersus priores urgeo silentium, quod in Antiquitate Iudaica, de exclusione, sive civili, sive sacra, quæ Excisionem secuta fuerit, habetur. Nota satis est apud Judeos Excommunicationis, at ea multum differt ab Excisione. Illius pena est humana, hujus divina; illius temporaria, hujus eterna; illius corporalis, hujus spiritualis; illius levioribus subinde criminibus, hujus vel atrocissimis, uti ex *Num. XV.* 30. 31. & *XIX.* 12. 20. apparet, prelustrata legitur. Egit data opera, de excommunicatione, SELDENVS de Synedr. Ebraeor. lib. I. par. 6. 7. 10. Imo quid opus est testimonio alio, quam quod omni Exceptione maior, ipse summus legislator, de diversa Excisionis, ab omni alia forenti, pena, perhibet *Levit. XX.* 4. ubi cominatur, quod si minores fuerint iudices in irrogandis penis capitalibus, ipse sumurus haec de delinquentे ultionem excidendo eum e populo suo, funditusque everfendo. Accedit alia ratio, quod ut plurimum occulta sint delicta, qua Deus Excisione vindicare statuit, de quibus proinde nec Ecclesia, nec forum judicare poterat: veluti libidinose contrectationes propinquorum, *Levit. XX.* 17. congreffas cum menstruata, *ibidem v. 8.* retentio fermenti, *Exod. XII.* 15. 19. & quæ sunt alia. Volum quidem Iudeorum magistri aliqui, quod excisionis reus, licet capitaliter puniri non posset, nisi ea quoque pena, uti saepius *Levit. XX.* expresse sumul statuatur in lege, verberibus tamen justu Synedriū excidendi fuerit; cui coercitioni si ejectionem e Synagoga & Rep. addas, habebis in Excisione simulacrum fuliginationis nostræ cum relegatione perpetua.

petua. Ita R. EPHODÆVS ad More Neogam, P. III. c. 41.
 „Quisquis in legem aliquam commisere, quæ excisionis pœna in se continet, verberibus etiam pœnitus, præter pœnam. Excisionis ipsi impudentem; apud SEEDENYM de Synedr. lib. I. c. 6. p. 102. At vix est, ut hanc moremur autoritatem DD. lege destitutam, & si maxime quid ponderis haberet, de forensi usi saltem tentantem, nec proinde hodie valituram. HOIERI cavillatio facile refellitur exinde, quod argumentatio non procedat: Excisionis pœna universalis non est, quia eadem adjicitur LL. particularibus. Id vero consequi potest, quod si ea addatur legi universalis, ipsi quoque universalis esse debeat. Nec in estimatione ejus respiciendum est ad gravitatem delicti, sed ad maiestatem Legislatoris, cuius voluntati resolutio. Pro capitali supplicio fortius argumentum peti poterat a THOMASIO, ex eo, quod legitur Num. XV, 33-36. si cum Exod. XXXI, 14. conferatur. Ultimo quippe loco ei, qui opus fecerit in Sabbatho, Excisionis pœna irrigatur. Cujus vim cum non perspicerent judices, sive uici Num. XV, 34. dicitur: Es war nicht klar, ausgedrückt, was man ihm thun solle, offendentes virum, qui ligna cæderet in die Sabbathi, consulto Deo, hoc ab ipso perebant responsum, lapidandum esse reum extra causam. Qua interpretatione authenticâ, quid in simili casu observari debeat, præcepisse videtur Deus, i. e. reum excisionis lapidationis suppicio afficiendum esse. At enim vero tantum absit, ut hac pœna determinatione in speciali quoddam casu, uniformis Excisionis exequenda modus statutus fuerit, ac Deus summo reservato, quo ipse in ejusmodi facinorosos animaduertere decrevir, se abdicasse censeatur, ut Jerem. XXVII, 27. in eodem delicto profanationis Sabbathi, aliam iterum nempe ignis pœnam, dictarit, & Lev. XX. hisdem nefarioris coniunctionibus, quas Lev. XIIIX, 29. generali Excisionis pœna notaverat, modo capitis supplicium in genere, Lev. XX, 10. 13. modo ignis, v. 14. modo

sterilitatis, deletionisque nominis, v. 20. seq. modo lapidationis, v. 27. interrogaverit. Singulae vero haec externae poenæ, quas in exemplum severitatis edere jussit Deus, ut moniti justitiam discant, nec temere. Nomen audeant, forenses saltem fuerunt, & atque imperatæ genio refractarii populi; quibus licet hodie summam imperantes non obligentur, ut in sua quisque Reparimetur, ipsa tamen interna Excisionis pena vim suam non amittit, expectanda procul dubio etiamnum ius, qui dicta LL. violant, ab ipsis Dei manu, si non vindicentur criminibus ab iis, quibus gladii potestatem concessit.

VIII.

Sed complectitur panem spiritualem ac æternam: est enim Exciso e populis fidelium, ergo exclusio a communione spirituali cum illis, & privatia gratiae Dei in hac, & salutis æternae in altera vita.

Vera hec excisionis notio, ex ipsa statim etyma vocis consideratione colligitur. Continet illa metaphoram ab arbore desumram, quæ ab ima stirpe excinditur, ita ut virere amplius fructusque ferre non possit. *Deut. XX. 20.* *Jer. XI. 19.* Quodsi enim arbori amputentur solum rami, aut etiam stemma secetur, spes adhuc est, posse iterum germinare radicem, indeque densissimam sylvam pullulare. *Hiob. XIV. 7. seqq.* At de evulsa penitus, & cum ipsis radicibus extirpata. *Ez. IX. 14.* *Amor. II. 9.* nec unquam sperare licet, ut exeat ad cœlum ramis felicibus arbos, mireturque novas frondes, & non sua poma, *VIRGIL. Georg. lib. II. vers. 82.* Ita vero excidi dicuntur, qui incestas nuprias contrahunt, uti ex ABARBENELE, de poena Excidi, doctissime demonstrat BVXTORFIVS, deponat.

Dens

sponsal. & divort. p. 193. Evidem celeb. HOTTINGERVS, de
 Jure Hebreor. p. 34. docet, tres species excidii apud R. MO-
 SEN NACHMANIDEM, in *Commentar. ad Legem*, com-
 memorari; aliud corporis tantum; aliud animae tantum; aliud
 utriusque, & corporis & anima. Illud eus esse, cuius plura
 sunt bona opera, quam iniquitates; istud, cujus iniquitates
 benefacta vincunt; hoc idololatriæ solum & blasphemantia affi-
 gnari. Illud intui phrasi: & exscinderat p̄ibile, istud veribus:
 & exscindetur anima illa, hoc exprimit ita: & exscindendo ex-
 scindetur. Illius prænam interitu corporis expiariri, animamque
 servari; istius animam ferire tantum, illæso corpore, cum
 prolongentur saepe anni malorum hominum, Eccles. VII. 16. hu-
 ius cum præsentis & futurae vitæ jactura conjungi. Sed dudum
 explosit hanc subtilem fictionem, verborumque scripturæ ca-
 ptationem ABARBENEL l.c. apud BVXTORIUM p. 180 pro-
 beque obseruat, promiscue usurpari in Excisionis argumento,
 modo viri, modo animæ appellationem Isa. XXXVII. XX. 17. 18.
 inde etiam Versionem ONKELOSI in Targum, in omni loco,
 ubi dicitur: & exscindetur anima illa, substituere vocem ho-
 minis. & in MISCHNA, Tr. de excidio, unum idemque ex-
 cidiū, & spernenti circumcidionem, & comedenti fermentum,
 & profananti res sacras, & congregatis illicitis, &
 idololatriæ atque blasphemio decerni. Unam ergo eandem
 que naturam esse excisionis, in quodcumque delictum cadat,
 at in quo ea consistat, altioris indaginis esse. Dicitur autem
 quis exscindi e populis suis, i.e. fidelium, & hoc ipso excludi
 a communione spirituali aeternaque cum iis: perinde ut con-
 gregari ad populam suum, Deut. XXXII. 50. & alias infinitis in
 locis, idem significat, ac morte beata in consortium justorum
 ecclitum recipi. Hoc quippe fidelis init Deus cum fidelibus,
 ut sint populus ejus, & ipse ester Deus eorum, Ezech. XXXVII.
 27. 2. Cor. VI. 16. quod cum rumpat excisionis reus, Gen. XVII. 14.
 id efficit, ut Deus non sit Deus ejus: at cujus Deus non est
 Deus,

Deus, is omnibus spiritualibus æternisque penitentia obnoxius redditur. SCHMID, de Circumcis. p. 190. Aliqui hinc, cum AVGVSTINO, lib. II. contra Pelagium c. 30. penam hanc de æterna solum damnatione accipiunt; at minus dicunt, quam res est. Expendentibus enim emphaticas locutiones, quibus Deus Lev. XX. 4. 5. excisionem comminando, utitur, videlicet: *se delinquentis isti irata faciem suam opposicurum, nec cessaturum esse, usque dum ipsum, rotamque ejus gentem funditus exterrit.* si porro conferamus sanctionem penalem, quæ subinde excisionis comminationi, jungitur, *talem portatarum esse iniurarem, er soll seine Misserbar tragen, die Schuld sey ibi,* Lev. XX. 17. 19. 20. facile liquet, reos excisionis in hac quoque vita sub reatu peccati confrictos servari, & quoisque in hoc statu degunt, ab omni venia peccati excludi. Ratio tantæ severitatis in promtu est, & diserte additur Num. XV. 31. legem Dei contemnit, & præcepta ejus migrat. Illud autem simul inde patet, quod hæc pena non excludat penitentiam rei, qua æternam damnationem adiuc avertire possit. SELDENVS de Synedr. lib. I. c. 6. p. 100. Pessimum namque dogma est GROTHI in Jure B. & P. lib. II. c. 20. f. 4. n. 2. Deum subinde non alio fine punire, quam ut puniat, & voluptatem capere ex malis reorum; restatum jam solide ab immortalis nominis JCto, ZIEGLERO nostro, itemque OSIANDRO in Annal. ad d. I. Clare habetur Thren. III. 33. Deum non sponte sua, & animitus homines punire; ipseque jurato confirmat, se non delectari morte impiorum. Ezecl. XVIII. 29. 32. XXXIII. n. conf. Sap. XII. 2. & Prec. Monass. v. 7. Quin de ipsa Excisione nostra testatur apud Jerem. XIIIX. 7. 8. quod eam remittere velit resipiscientibus. At si jam consummata fuerit in morte rei, tum sera est penitentia, & arbor excisa, sive Meridiem, sive Septentrionem versus ceciderit, jacebit æternum. Eccl. XI. 7. Hinc adulteros, scortatoresque partem coelestis hereditatis laturos non esse, graviter pronunciat PAVLVS, 1. Cor. VI. 9. v. eosque

eosque exclusos a civitate Dei, in stygia palude immersos vidit JOHANNES, Apoc. XXI, 8. & XXII, 15. Atque hic sensus est pena Kæret, seu Excisionis e populo, quantum eum eruere licuit ex monumentis legis divinæ, puriorisque Antiquitatis Judaicæ. Respondet ei in Novo testamento ἐξολοθρευτὸν τὸν λαόν, cuius meminit PETRVS, Act. III, 23. provocans „ad illud Dei Deut. XIIIX, 19. : Qui non audierit vocem Prophetæ magni, quem excitabō de gente vestra, ab eo requiram: sive, ut LXX. Interpretes vertunt: ἐγώ ἐκδικήσω τὸν λαόν: i. e. ego ultor existam, uti habet vulgata. Quod cum Spiritus S. in N. T. ipse reddat, per ἐξολοθρευτὸν τὸν λαόν, excindere e populo, seu funditus delere ac perdere, quæ græcæ vocis istius emphasis est, & ex 1. Cor. X. 10. & Ebr. XI. 28. lūcem accipit; confirmat satis sententiam nostram, qua divinam, non humanam, spiritualem ac æternam, non corporalem capitalem penam, excisionem diximus; quod ultiōrem ejus Deus, non per alium, sed per semet ipsum ab incestuoso sumere velle, graviter edidit. Ne tamen temere hic quicquam pronunciasse videar, addo duorum magnorum, imo maximorum Theologorum, opinioni mæz calculum. Alter est divus LUTHERVS, quo parem mentis divinæ interpretem sacer Codex natus haud est. Ita vero ille in absolutissimo ad Genesim Commentario, ad Gen. XVII, 14.: Hic queri solet, an intelligendus sit locus, de civili, an spiritali morte? At quidam judicant, „Mosen loqui de eradicatione civili, quod parvulus non circumcisus“ debeat excludi ex politia, submoveri ab aris & sacrificiis, nec frui, „communibus tum LL. tum privilegiis hujus populi: sed falsa bæc“ interpretatio est, ac arguit, tales DD. non intelligere, quid Deus, „per circumcisionem voluerit. Intelligenda igitur sunt verba de era“ dicatione Ecclesiastica, quæ tamen nihil ad gentes pertinet, id quod, „sæpius iam monuimus. Gentes enim et si a circumcisione exclusæ,“ sunt, non tamen exclusæ sunt a benedictione, si cum fidelii Abraham credant. Judæis autem ultra fidem etiam circumcisione corporalnis

„ratis sunt necessaria, aut si circumcisio[n]em neglexerant, deservirent
esse populus Dei, nec tantum exclusi sunt a potestate hujus populi,
sed etiam a benedictione, quam circumcisus semen promissum al-
laturum erat. Clausum est eis celum, retenta eis peccata, mer-
tices eorum sunt infernus & Gehenna. Hoc vero est excludi a po-
pulo Dei. Alter est JO. GERHARDVS. Theologus incom-
parabilis, qui in posthumo opere *Explicationis Genesios*, ubi
ad d. I. LUTHERI sententiae omnino subscripterat, demum
addit: Propterea hoc excidetur a populo suo, in genere signi-
cat, quod excisus non sit habitus consortium cum Ecclesia mili-
tante in terris, nec cum Ecclesia triumphantie in celis, quod non
sit futurus filius Dei, & in fatus recipiendus, nec fratres pro-
missionum & vita aeterna futuri.

IX.

**Potest tamen ex iusto Dei judicio, eam comitari
mors Dei filios, aut alia immatura.**

X.

**Et iterum sepe fuisse matrimonia incesta, aut alias
inauspiciata, reosque felici caruisse posteritate,
in aprico est.**

Name mihi per exempla eundum est, atque offendendum,
quos, & qua ratione excederit Deus, qui IL connubia-
les violaverunt. Sed mortendum ante omnia duco, quod
vincula divina lateat interdum, nec semper alii conspicuos
reddat, quos exitio dare constituit. Iterum enim ingeren-
dum est, spiritualem esse penam, Excisionem, nec ideo fa-
cile in oculos incurtere. Vident saepe ejus rei, ut laurus,
Ps. XXXVII, 33. 34. nec ipsi intentatam libi securum sentiunt,
Mart. III, 10. qua funditus contemptur delecturque alter-
num *Ps. XCIV, 3.* Quin sapientium mentem penae non ex-
cipiat Deus delinquentem, uti filios Eli ab Altari suo non re-
cooperet.

move-

DE POENA EXCISIONIS.

27

movebat quo pater fata eorum lugere, & quam misere in
 ipso ætatis flore marcescant, præsens ac superstes intueri co-
 geretur. 1. Sam. II. 33. Occulta sunt Dei iudicia, & longius
 distant ab impiis, Ps. X. 5. subinde tamen manifesta sunt, &
 passim exhibent spectacula iræ ejus in incestuosos tristissima-
 in excidii eorum ruderibus. Unde quoque Judæi, quando
 jani erupta ipsi essent IV. capitalia supplicia, huic Excisionis
 pœnæ homines scelestos tradebant, expectantes ut quis de-
 recto præcepit laberetur, a sera proteretur, a serpente mordet-
 tur, in flammas incideret, a latronibus occideretur, fumigare
 mergeretur, aut angina suffocaretur: uti ex Excerptis Gemarae
 Sora, apud WAGENSEILIVM c. i. §. 14. observat LEHDEK-
 KER de Rep. Hebræor. lib. XI. c. 8. obſ. 7. Illustrius seyeritatis hu-
 jus monumentum vix aliud prostat, quam in tot potentissimis
 gentibus, tot florentibus regis, quorum incolas, quod se
 incestu polluerant, evomuit terra, uti scriptor divinus loqui-
 tur, Lev. XIII. 27. 28. quaque tam fabiis sedibus suis evalu-
 sa ac everla fuerunt, ut vix nominis eorum amplius supersit
 memoria. Non ferro, non armis Israëlitarum, expulit eos
 Deus; sed terrore fugavit, sed muscarum exercitu profligavit.
Erod. XXVII. 27. 28. Et quid prohibet, quoniam primæ
 mundi ætatis homines, quos perire diluvio universalis novi-
 mus *Gen. VI. 7.* in hunc censem referamus: siquidem sacer Co-
 dex inter flagitia eorum, carnis queque delicta refert, & ex-
 presse commemorat, in quoscunque propinquos libidinem
 eorum proruisse: *se nähmen zu Weibern, welche sie wählten.*
ib. 2. Sed non integræ solum gentes, non totus terrarum or-
 bis tantum, pœnas conjunctionum nefariarum dedit: verum
 singulorum quoque hominum excisorum, in sacra bona mi-
 nus, quam profana Historia, plurima exempla habentur, que
 ab omnium temporum memoria reperi possunt. Aut vehe-
 menter fallor, aut Gen. & Onan exciso, quos manu Dei
 perirentos legimus, *Gen. XXXIX. 7.* a libidini eorum & Sodo-

SVOM

D 2

mitico

mitico criminis originem debet. Rubenum, primogenitum
Jacobi filium, de principatu Sacerdotii regnique hil aliud de-
turbavit excediturque, quam cum novica concubitus. Gen.
XXXV, 22. XLIX, 4. 1 Chron. VI, 1. Et in familia Davidis re-
gna, duos illos iumentatis principes, Ammonem & Absalom
um, alterum cum fratre consanguinea, 2 Sam. XIII, 14. al-
terum cum patris uxoribus commixtio nequissima, 2 Sam. XVII,
22. vita, regnoque, finis aeterna glute privavit. 2 Sam. XVII, 28.
29. XXIX, 4. 5. Aichelatum, Herodis M. filium & successo-
rem ob matrimonium cum fratri Alexandri vidua, Gaphy-
ra, Cappadociae regis filia, quam, repugnante lege divina,
(habebat enim liberos ex Alexandro,) duxera, & crudelitas
deinde a Iudeis accusationem, regno a Cesare detrusum fuisse,
& Viennam in Galliam exularum missum, inquit JOSE-
PHVS Antiqua Rer. XVII, c. 5. IDEMQUE lib. XXIX, c. 9. com-
memorat; Herodem, regem Iudea, qui, repudiata priore
uxore, Arete, Arabum regis, filia, duxerat Herodium, ante
fratri Philippo nuptam, a quo, nisi ex ipso filiam Salomon
habuerit, perfice diverserat Herodias, una cum uxore in exi-
lione acutum, & Terrachiam Galliae & Peræa ipsi ademam,
Agrippe vero tributam fuisse, in haud obscuram incesti con-
tributus vindictam. Quam est etabilis Romanis visus fuerit in-
centus, princeps eloquentia Romanae, CICERO, in Orat. pro
A. Cluentio, sub initium verbis vix satis exprimere valet: Mater,
inquiens Habit, Melius adolescenti, generi sui, contra quam
as erat, amore cupra, primo, neque id ipsum diu, quoquo mo-
do poterat, in illa cupiditate detinebatur: deinde ita flagrare ca-
pientia, sic impunita ferri libidine, ut eum non pudor, non pu-
dicitur, non pietas, non in culpa familiae, non dominum fama, non filii
dolor, non sine inverto, & cunctitate reverberet. sed lectum illum
genitalem, quem denuo ante filia sua niventer straverat, & eadem do-
mo fili ornari & sterni, exulta atque exurbata filia, jubet et.
Nubil genere foras, nullis auspiciis, nullis autoribus, funefis omni-
bus

nibus omnibus. Quid mulieris scelus incredibile. Et præter hanc
unam illa omni vita inauditur! O libidinem effrenatam & inde-
miram! O audaciam singularēm, non rinnovit, sed minus cum Deo,
rum hominumque faventia, at illicem ipsam nostram, facessque illas
superiales, non limen cubiculi, non cubile filia, non barrieres deinde,
ipsas, superiorum testu auxiliarum! Perfregit ac prostravit omnia,
cupiditate ac furore, tunc pudorem libido, timorem audacia, rati-
onem amentia. Quam laetosa vero haec conjunctio fuerit, quor-
que & quantis veneficiis, ac innocentium stragi & oppressioni
causam dederit. Idem gravissimus scriptor per totam Orato-
rem, mira eloquentia, invictisque argumentis ostendit. Aliud,
horrendum in modum puniti incestus, exemplum sicut Historia
Romana in Claudio Imperatore, qui Agrippinam, fratribus
Germanici, filiam, teste TACITO, nullo exemplo deduxerat
in domum suam patruis, ac ceteris quoque dederat ve-
niā talium conjugorum. SVETONIUS in Claudio,
s. 26. Licit vero, eodem aurore, sub exitu vita signa
n quedam, nec obsura, prenuntiata de matrimonio hoc dede-
rit, ac professus esset, sibi in suis esse omnia invidie, sed non
impunita matrimonia; preventus tamen ab Agrippina, quæ
medicatum boletum obtulit, avidissimo ciborum talium, ve-
neno necatus fuit. Ac tota plane Historia XII. Caesarum Sue-
zoniana, plena est hujuscemodi criminiū vindictæque divi-
næ de incestuosis conjugiis summa, spectaculorum:
quæ singula hic exponere Dissertationis Academica cancel-
li haud patiuntur. Omitto hinc etiam vetera illa & notissi-
ma, Thyatis & Pelopeje, Oedipi & Jocastæ, Neronis &
Agrippinæ, Proloatorum, Egypti regum, Alexandri &
Olympiadis, Mithridaus & Laodices, Mausoli & Artemisie,
Antiochi & Stratonice, Caracallæ & Julie, plurimque ab
incomparabili GERHARDO in suis de Conjugio Laci, s. 26.
sega, ex probatissimis autoribus adducta, exempla; in quibus
adeo manifesta divine Excisionis vestigia prostant, ut ea lon-
gius

gus enarraturus actum egisse videret. Restant enim rariora & recentiora documenta, que curatus excusisse juvabit. Ac de Honorio quidem Occidentis Imperatore, qui duas Sthiliconis filias, Mariam & Thermantiam, unam post alteram, conjuges habuit, TULEMONT Histor. des Empereurs, Tom. V. p. Ill. art. 3. cap. 2. res aperta est, ipsum hunc locero suo debuisse iacturam Imperii Occidentis Gothorumque in illa irruptione, quin lutrumque matrimonium auspicio eventu, lateque posteritate caruisse. IDEM in Honorio per tot. Sed transamus ad alia regna & provincias, extra Imperium Romanum, facta initio ab extremo Europe regno, Portugalia. Quos hic ostendimus reges, quibus infelices fuerunt tales nuptiae. Alter est Emanuel, quem plerumque a defensoribus malae causa, in exē pluri auspicati conjugii incesti, allegui videas id. WAGENSEIL. Responsum de matrimon. soror. non annexum Tr. von den Justis Deutschen Schrift p. 40. f. 19. & GOETZI geret esse Ebene der Ehe mit der Frauen Schwester, in den Absenzung Lic. Kazan p. 220. Sed & illum malis hic omnibus pluri scissi, non in eis, sed in eis. SCHMAVSII in Stadl von Portugal, II. Period. III. p. 433. sequ. Verbis probabo, ita vero ille „Die blosse Freude währet nicht lange. Denn nachdem die Gemahlin Emanuels, Isabella, in der Geburt des Prinzen Michael, dessen nach Selbst in dem zweiten Jahr seiner Alters gestorben, so lag alle Hoffnung einer Vereinigung von Spanien im Grabe.“ Den König Emanuel vermählte sich zwar zum andern mahl biarauf, mit seiner vorigen Gemahlin jüngsten Schwester, Maria, in alleinweile derselbe von den Sultassen, durch ihre mittellose Schwester Johanna, die Philippum Austriaum zum Gemahl hatte, in angeflassen wurde, ob dar dieser menschliche Vornehmzugehens. add. OSOEIVS de rebus gestis Emanuelli, ib. II. p. 42. b. Alter est Petrus illa qui Alfonso fratri, praedecessori, & regnum & conjugem Mariam Elisabetiam, vi eripiens, obtinebat quidem Breve dispensationis Pontificium, quod

nouat. 8

DE POENA EXCISIONIS.

31

in Recueil des Traitez, Tom. IV, p. 236 extat; una cum ipso matrimonii contradicu. ib. p. 249 sed infelicem hujus coniugii eventum, cum in ipsa uxore experientur, quæ in altero puerperio abortum faciendo, perpetuam inde contrarerat sterilitatem, mordumque difficultem, quo & ipse rex corripiebatur; tum in filia unica, ex hoc matrimonio suscepta, quæ repudiata primum a sposo, Victore Amadeo, Sabaudie Duce, dein nuptiis, quas cum variis Principibus moliebatur, omnibus irritis redditis, postquam matrimonium conscientia intereat, idque infelissimum, violentio ac miserrimo mortis genere extincta fuit; de quo evolvi merebuntur: Relation de la Cour de Portugal, sous D. Pedro II, PA I. chap. p. 201-212 conf. SCHMAVISIUS, im Saar von Portugali, me. II. Per. V. p. 699. 713. & p. 774. 783. II Progre diamuri ad vicinum Hispanie regnum, ubi deprehendimus maxime memorabile excifarum, ob incestum juris divini, quo se contaminaverant personarum illustrum exemplum, cuius potiora momenta ex L' ABBE DE ST. REAL Oeuvres, meles, ad Urubri, 1690. Opusculo altero, cui titulum fecit Dom. Carlos, Nouvelle Historique, dabo. Scilicet in medio Sec. XVI. Carolus, Philippus II. Regis Hispanie, unicus filius, totque regnorum hæres, despontatus erat Elisabetha, Principi regia Gallie, quam vero pater Philippus, viduus factus, ipse domum ducebatur. At cum ea primo in etatis flore constitueretur, gliscentes erga priorem & juvenem sponsum amoris igniculos adeo celare non poterat, quin subinde erumperent, cuius rei varia specimen lardatum. Aut. p. 5. 27. 39. et seqq. exhibet Interim, Carolo insenso sacro duobus regis ministris intimis, Duci de Alba, & Gomesio, illi ope famosi Antonii Perezii, Secretarii, monebant regem de filii eti novercae amoris, p. 86. Quibus is compertis, scilicet cum ipsa familiariter uxoris cum filio conversationem observaret, ibi mea erga eum lethale cecipiebat, p. 87. seqq. Hic vero ex eo tempore frequentius cum noverca

noverca congregati studens, p. 93. seqq. patre in mortuum incidente, & regina ejus lecto' assidente perpetuo, cum non nisi in praesentia patris colloqui cum ea posset, p. 107. Marchionem de Posa eligebant amorum suorum ministrum, p. 110. Quem cum ipsum deperiaret regina, p. 112. & 116. jussu regis clanculum interficiebatur, p. 119. simile supplicium filio intentantis, p. 117. Id vero cum ille præcaveret, lectum & cubiculum vario armorum genere muniendo, p. 129. seqq. fugam denique in Flandriam meditando, pater captivum reddens, p. 148. detectis literis novercae amatoriis ad eum scriptis, p. 151. ex Inquisitionis Hispanica sententia, condemnabat ad perpetuos carceres, p. 160. mox vero lento veneno plane e medio tollere, sed frustra, conatus, p. 162. demum ut ipse sibi mortis genus eligeret, adigebat. Qua de causa is balneum ingressus, omnes sibi venas aperiri curabat, atque ita sensim expirans, effigiem reginæ manu tenendo contemplandoque oculis irretortis, vitam cum morte mutabat, p. 166. seqq. Nec vero ita acquiescens vindicta Philippi, ipsam uxorem quoque, licet gravidam, præsentissimo veneno necari curabat, ex quo, cum ipso partu, anno etatis 24. misere peribat, p. 172. seqq. Sed & rex Philippus demum, novum incestum matrimonium cum sororis filia, Maria Austriaca, quæ & ipsa nuptiis infelicissimi Caroli destinata erat, p. 157. iniens, justas impietatis sue ac tyrannidis penas dabat, quarum Autor nosfer p. 178. hanc mentionem facit; Enfin Philippe II. lui même, apres avoir vieilli parmi les âmeureux de tant de désastres, fut frappe d'une ulcere, qui lui causa enfin la mort. Namque GROTIUS, in Annal. Belg. lib. VII. c. 70. & GALLVCIVS, lib. X. Hist. Belg. p. 68. memorant, prodiisse ex vivo ejus corpore vermes, enecantes eum horrendo specaculo. Sane qui in hoc exemplo Excisionis divinæ documenta non comprehendit, eum nihil plane videre existinem. Eodem Seculo aliud non minus evidens, vindictæ divinæ contra incestas

stas nuptias, spectaculum præbuit Henricus VIII. Rex Anglia. Is autoritate Pontificis, Julii II. cuius dispensationis Bullam exhibet BVRNETVS, in *Histor. Reform. Eccles. Anglie* p. 7. seqq. *Collectionis Annalium*, cum fratri, Arthur, vi-dua, Catharina, matrimonium iniverat, hoc prætextu, quod a fratre ea intacta remanserit; licet BARO DE VERVLA. MIO, in *Vita Henrici VIII.* p. 110. referat, Arthurum altero post nuptias mane dixisse, se in medio Hispanie, quo calida esset regio, ea nocte fuisse, & BVRNETVS ipse l. c. lib. II. p. 20. asserat, constantem tum temporis famam fuisse, eum, quippe vix 16. annos natum, ex præmatura Venere diem obiisse. Continuaverat Henricus incestum per 20. annos, & Mariam, postea Reginam Anglie, inde suscepserat. Demum vero conscientiae stimulis nimium quantum punctus, BVRNETVS, l. c. lib. II. p. 22. seqq. & RAPIN, *Histoire d'Angleterre*, liv. XV. p. 284. seqq. & assiduo animo volvens claram legis divinæ prohibitionem, divertium ejus petebat a Pontifice, Clemente VII. BVRNET, l. c. lib. III. p. 156. seq. eoque obtento, (de quo literas Card. Wolseyi, aliasque vide apud EVNDEM, in *Collect. Annal.* p. 8. seq. Pontificis decretalem Bullam vero, p. 20. seq.) Annam Bolenam, thori sociam sibi jungsbat; & hac propter adulterium capititis damnata, RAPIN, l. c. p. 350. seq. tertis votis Johannam Seymourem, IDEM, p. 356. Hac vero in ipso partu Eduardi VI. extinta, quem rex filiabus priorum conjugiorum, Maria & Elisabetha, altera ceu incestuosa, altera ut adulterina, exclusis, RAPIN, p. 373. successorem in regno nominari fecerat, quartum ducens Annam Chivensem, IDEM, p. 393. hacque iterum ex levissima causa repudiata, IDEM p. 396. seq. quintum Catharinam Howard adscisebat uxorem, IDEM, p. 403. Verum haec quoque thorum regium scdo adulterio contaminans, ultimum supplicium subire cogebatur, ID. p. 410. seq. ac demum rex ipse, celebratis sexta vice nuptiis cum Catharina Parre, ID. p. 433.

E

quæ



quæ superabat eum vivendo, postquam per tot inauspicata matrimonia, indeque enatas in regno turbas, & religionis dissidia gravissima, satis à Deo ultus erat, inopinata funesta que morte opprimebatur. RAPIN, p. 470. seq. Rectius exemplum aeternisque laudibus dignum, reverentiae erga LL. divinas, atque continentiae dabat Elisabetha, Anglie Regina, quæ nuptias cum sororis suæ, Mariæ, viduo, Philippo II. R. Hispanie, licet ejusdem intercessione olim vitam debuerit, constanter aspernabatur, nec à Pontificia dispensatione, quam Philippus, ad firmandas nuptias istas, se largissime procuratum esse, recipiebat, conscientiae suæ quicquam securitatis praestari posse, ex vero judicabat, BVRNETO Hist. Reform. Eccl. Anglie. l. c. teſte. Restant exulti Polonie regni Historia tria matrimonia infasta, quæ silentio præterire nequeo. Primum est Sigismundi Augusti, de cuius tertii votis, quæ cum primæ conjugis sorore, Catharina, Ferdinandi I. Imp. filia, celebraverat, eorumque tristi eventu, SALOM. NEVGEBAVER. in Hist. Reg. Polon. lib. VIII. p. 62. ad A. 1572. fide dignissimus scriptor, haec refert: Sub decursum „mensis Februarii, anni subsequentis, deceſſit Lincoii, Catharina „Austriaca, Polonie Regina, famina omni virtutum genere cu- „mularissima, cum qua rex Sigismundus Augustus aliquot annis „conjunctione vixit. Verum postea, seu offensione quadam, seu „alia de causa, soli Deo ac ipsis Principibus nota, ira disfuncti „fuerunt, ut ea a Rege, Maximiliano Cæſari, fratri, dissuadente „Archi. Episcopo Gnesnensi, Jacobo Uchanio, rotuoque regni Se- „natu, remissa fuerit. Qua re graviter Cæſar offensus, ac in „Comitiis Spirensibus, niſi Joachimus II. Marchio Brandenburgi- „cus, Elector, concordie & tranquillitatis amans Princeps, resti- „tisset, apud Imperii Status & Ordines aliquid contra eum moli- „tus fuisset. De nuptiis his, dispensatione Pontificis initis, con- ferantur IDEM l. c. lib. VIII. p. 589. ad A. 1553. item ANTON. MARIÆ GRATIANI Vita Cardin. Commendoni, lib. II. c. 17-19. cit.

cit. HERTII *Opusc. Tom. I.* p. 430. *Varias de cauēs exortae discordiae inter regios conjuges sententias collegit SAM. FRID.* LAVTERBACH *in der Pobl. Chronicke*, p. 422. seq. ubi simul regis cum Nuncio Pontificis, Commendono, super hoc divortio disceptationem, ejusdemque impotentiam, morbum, & mortem ipsam, ex amoribus furtivis postea contractam, pariter ac incantationes nefandas, quibus misere eneatus fuit, longa serie exhibet. IDEM *I. c. p. 520.* memorat, quod ex utroque sororum matrimonio superstitem prolem non habuerit Sigismundus, senseritque ita pœnam orbitatis, a Deo nuptiis hujusmodi impositam, *Levit. XX, 20. 21;* quin pag. 433. observat, quod cum ipso excisa fuerit stirps Jagellonia masculina, quæ ultra 200. annos floruerit in Polonia, regiumque diadema gesserit. Alterum conjugium est Sigismundi III. qui duas Archi-Ducis Austræ, Caroli, filias, Annam & Constantiam, unam post alteram, in matrimonio habuit: sed successu parum prospero. Licet enim minus sterile fuerit, siquidem, teste LAVTERBACHIO, *I. c. p. 533.* duodecim liberos inde vidit, magnis tamen turbis in regno causam dedit, quas, habitis altero statim post nuptiis anno comitiis, vix sedare potuit, IDEM *p. 521. seq.* quin, quod his nuptiis electus, ad Pontificia sacra transferat Sigismundus, jacturam regni Suecia hæreditarii fecit: ut ipsius reginæ Constantiæ præmaturam & subitam mortem, LAVTERBACH. *I. c. p. 547.* & regi structas vite insidias, ex quibus per miraculum fere evasit, IDEM *p. 543. seq.* quæ nec ipsa sine Numinis vindicta contigisse videntur, non commemorem. Tertium matrimonium est Johannis Casimiri, cum fratris Uladislai VI. vidua, Maria Ludovica, celebratum, cui LAVTERBACHIVS, *I. c. p. 608. seq.* disertis verbis interitum regiæ hujus familiae, fata turbulenta regni sub hoc Principe, & ipsius denique ejus dignitatis regiæ jacturam in acceptis refert. Denique ad Imperium nostrum Germanicum revertimur, in quo tria adhuc matrimonia illustria, in gradu prohibito con-

tracta eademque ob fata qua habuerunt, sinistra, valde memorabilia, notari merentur. Nempe A. 1556. Ludovicus XVI. Comes Oettingensis, viduam fratris praedefunctorum Lothi Claudi ab Hohenfels, alicivis in conjugem, consentiente omnibus Clero Oettingensi, quo de matrimonio responsum, cum temporis expertum, exhibent Acta des zu Oettingen A. 1683. gehalten Colloquii über die Frage, Ob Gott verboten, oder zugelassen habe, daß einer seines verstorbenen Weibes Schwestern heyrathen möge? p. 72 seqq. De infortunato vero ejus eventu, prater ea, qua in dictis Actis Oettingensibus hinc inde allegantur, monere quicquam, facile supersedeo. Porro cum Anno Seculi superioris 49. Augustus Philippus, Dux Slesvici & Holstiae, Linea Beccensis caput, mortua conjuge Clara, Antonii, Comitis Oldenburgensis, filiam Sidoniam, sororem Iphus, domum duceret & Iac. Jur. Rintelenis pro Duce benignissime responderet, auctore D. CFFI. JOACH. BUCHOLZERO, qui & ipsum Responsum A. 1652. & assertionem ejus A. 1659. & examen assertionis A. 1661. & vindicia secundum differentiationem matrimonii, A. 1669. publice edidit, ei vero acriter se opponerent, cum MICHAEL HAVEMANNVS Amatus Bremensis, tum AEGID. STRAVOHIVS, Theologus nostras meritissimus: (de qua controveneri videri possunt BRUCKNER, Decis. jur. matrim. c. 8. n. 1. & THOMASII Jurist. Handb. P. II. S. 8. l. 14. 44.) contentiosius disceptatum sicut in vicem: sed non valide magis refelli potuerunt adversententie patroni argumentis & rationibus, quam ab ipsa conscientia Ducis mariti omnibus furio agitata, NIE MEIER, de Conjug. probab. Disp. X. l. 22. Lic. F. E. KETTMERS Untersuchung der Gewissen-Frage, wegen der Elte mit der Frauen Schwestern ob. 77. p. 110. & a pessimō eventu matrimonii hujus refutatis sunt. Id quod singulae paginae allegatorum scriptorum loquuntur. Demum novissime, nempe Ao. 1683. cum Albertus Ernestus, primus Princeps Oettingensis, prius conjugis, Christine Fridericæ, Württembergensis principis, iam ante 8.

mbo IX

E

anos

annos defuncta, sororem, Eberhardinam Catharinam, sibi de-
sponsaret; de quo casu ¹⁷⁷ memorata Oettingensia maxime
agunt, & SPENERVS quoque reponit in dedit, in Theol. Pet-
ri II. Tb. t. 4 S. 8. p. 533. seq. ita quidem notabiles mutationes
obtigerunt, quas ex celeb. WOLFII supra allegato Respon-
so, p. 73. excerptam: Die Fürstl. Elbe hat nicht gnu ein Jahr lang
gewähret, und ist erstlich der Fürst in seinem besten Jahren gestor-
ben, bernach hat die Fürstin einen Printz geboren, und ist in de-
nen Wochen krank worden, auch an einer Schmertzhaften Krank-
heit verschieden. Der Printz aber ist auch bald wieder von der
Welt a gefördert worden. Desgleichen der Altorfische Theologus
D. J. Sautbertus, fil. (welcher nach denen principiis Helmstadien
stat in dieser Sachen geraben, und selbst die Copulation vertrieben,
hatte) ¹⁷⁸ bald darauf gleichfalls Todes verfahren. Welche Casus
zusammen bey denen, wo sie bekandt warden, einen solchen Eindruck
gegeben, daß von folcker Zeit ber, in solchen Landen dieses Exem-
pel nicht zur Nachfolge ist gebraucht worden: ad que facta, cum
negare ea non posset WOLFIVS, salva veritate & pudore, p.
76. aliud non responder, quam imperscutabilia est Dei iudici-
cia, occultaque vias: id quod facile largimur ipsi, & stupemus
haec judicia divina; GOEZIVS vero, in der Abfertigung, Lic.
Kettner, p. 220. seq. satis habet ea fortuito casui, & nescio, cui
valerudini personarum, tam cito extinxarum, impunitare. Plus
ra huius, de fatis marimoniorum illustrium incepsorum, epicris
superaddere nolo, contentus duos adhuc instar omnium, cum
pro iis, tum contra ea allegasse scriptores: nempe ANDR.
HOIERVM, in notato supra Diagrammate, de nupriis propinquor
rum iure divino non probabilitate, ubi toto c. 6. falsa sua
alibi, per multorum exemplorum fictam speciem; & SEBASTI-
EDZARDVM, in Animadverf. ad Weismanni Hist. Eccles. p. 153.
qui nostram sententiam alia irrefragabili documentorum
publicorum autoritate corroborat.

XI.

Quare Princeps, cui salus terrena pariter ac æterna subditorum suorum cordi esse debet, dispensare nequit in gradibus Jure divino prohibitis.

XII.

Quin contractum jam, forte ab ignorantibus, ejusmodi conjugium omnino dirimi, fas est.

Duo hæc sunt consecutaria, quæ ex hac tenus disputatis eruuntur. Ac de dispensatione quidem Principi negata, prælibasse me quædam statim in exordio tractationis hujus memini. Est is omnino, & legis naturæ, & positivæ universalis respectu, Deo inferior. Inferiori autem in legem superioris jus & arbitrium nullum competere, neque adeo vel derogare ei alius constitutionibus suis vel dispensare circa eam posse, expediti juris est. Ejus enim solum est solvere, cujus & ligare, *Deut. IV, 2. Martb. V, 14. c 13. X, deresit spol. MYLER ab EHRENBACH, Gamolog. person. illustr. t. 8. n. 2.* Nec obstat, quod tamen Deus ipse circa gradus prohibitos in variis Patriarcharum matrimonii, v. c. Jacobi cum duabus sororibus, & in omni jure Leviratus, *Deut. XXV, 5. seq.* dispensaverit; hodieque ei, qui personam ejus gerit in his terris, eandem protestat, ob salutem Reip. aliasque gravissimas causas, dispensandi dedisse videatur. Respondemus enim, id quod Deo licet in LL. a se datis, idem licere & Principi in propriis LL suis, at non item in divinis: alias eundem non solum in gradibus prohibitis dispensare, & ipsa fratrum sororumque conjugia permittere, sed etiam in homicidio jus aggratiandi exercere, polygamia veniam dare, & quid non? indulgere posse, statuendum fore, quis Deus circa hæc omnia olim dispensasse legitur. Primaria vero ratio, quare Principi hanc potest.

potestatem negaverim, in nostra Excisionis poena sita est. Hanc utique princeps auferre delinquenti nequit, hac perituros esse subditos suos certissime prævidet, si ipsis nuptiarum incestarum gratiam faciat. Id vero maxime alienum fuerit a pii probique principis mente, cui salus populi suprema lex esto. Sed quid? si consummatum jam fuerit, forte ab ignorantibus, aut lubrico ætatis, aut culpa parentum lapsis, matrimonium contra legem divinam? qualem casum exhibit *I. 57. D. de rit. nupt.*; si non affectato simulatore, sed acerrimo errore inducti, nuptias has celebraverint, *V. 4. C. de incest. nupt.* si prole numerosa beatae, si concordantes & bene moratae illæ fuerint? si majus ex dissolutione, quam tolerantia earum scandalum oriiretur? Hic ipsum jus Civile, d. *I. 57. D. de rit. nupt.* & *Jus Canonicum, in c. 10. X. d. eo qui cogn. ux. & plurimi Theologorum pariter ac ICTORUM, quos excitavi in Vindictis Carpo-vianis, Spec. II. Controv. 7. p. 31. seqq.* pro matrimonio faciunt, ac illud, excepto duntaxar casu, si in linea recta, aut gradu primo lineaæ equalis contractum fuerit, non dissolvi debere existimat, argumento quoque c. 25. *X. de jurej. nixi*, quod iura multa impedian fieri, permittant facta teneri, exemplo furiosi, qui licet uxorem ducere non possit, dustant tamen in matrimonio retiner. *I. 8. D. de his, qui sui vel alien. Jur.* Defendi ipse in citatis modo *Vindictis Carpo-vianis* istam b. Pro-patrii mei sententiam, quam in *Jurispr. Eccles. lib. II. def. 99. & in Jurispr. for. P. IV. Conf. 23. def. 11.* adoptavit, hodieque ejus au-toritatem secuti plurimi tūentur. Sed re jam penitus inspecta, retractare eam non vereor, ac publice testor, falsæ & erroneæ opinionis me hic suscepisse patrocinium. Sane enim prohibiti a Deo *Lev. XXIX. & XX.* gradus, & ante, & post contractum matrimonium, voluntati ejus sanctissima adversantur; nec consummatio matrimonii, in fraudem legis facta, nec continua-tio ejus & mora licitum reddere potest, quod in se illi-citum est atque nefarium. Graviter præcipit *I. 4. C. de incest.*

nupt.

nupt. nuptias putativas, errore comperto, sine ulla procastinatione dirimendas esse: contra quam æquissimam legem, nec autoritas juris Pontificii, nec dispensatio a Papa fieri solita, quicquam efficere valent. Tanto gravior enim est reatus peccati, quanto diutius quis in eo hæret. c. fin. X. de consuet. Perpetua ergo foret reiteratio incestus ac delicti, si continuare licet semel jam contractum ejusmodi matrimonium. Ipso jure illud nullum fuit, quippe contra expressam literam divinæ legis initum, l. 5. C. de LL. Ergo tolerari in posterum a magistratu, aut continuari a conjugibus, salva conscientia, nequit. Nec scandalum aliter e Rep. tolli poterit, quam sublata hujusmodi nefanda conjunctione; ne alii etiam inde ansa delinquendi præbeatur, qua arrepta, spe impunitatis, & non dirimendi consortii semel initi, pro lubitu eludent sanctionem divinam. Quin sua sponte abstenturos esse a coabitatione ulteriore considerem conjuges, qui horrendum Excisionis judicium apud animum cogitent: quod effugere, nisi diremto isto vinculo iniquitatis, & seria pœnitentia acta, de admisso facinore, nequeunt. Quæ cum ita sint, ulla ratione nec contrahi unquam, nec contractum tolerari posse, matrimonium incestum, satis demonstrasse mihi videor; explicasse etiam pro virili naturam Excisionis divinæ, paucis haec tenus cognitam. Proinde finem impono huic opellæ, Deo immortalí, pro exhibito auxilio gratiosissimo, devotissimis gratiis actis. Denique ut eo melius cavere discant pœna hujus severitatem, contemtores sanctissimarum LL. connubialium, ut sibi istud adhuc Oraculum Paulinum, veluti stimulum, infigi patiantur, oro obtestorque:

**ΦΟΒΕΡΟΝ ΤΟ ΕΜΠΕΣΣΕΙΝ ΕΙΣ ΧΕΙΡΑΣ
ΘΕΟΤ ΖΩΝΤΟΣ.** Hebr. X, 31.

S A P I E N T I S A T.

Wittenberg, Diss. 1738



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

3

2

1

Farbkarte #13

Green

Blue

5

Cyan

1

Centimetres

1

Inches

8

7

6

5

4

3

2

1

AVSPICE DEO

ET

PERMISSV ILLVSTRIS
ECONSVLTORVM ORDINIS

1738

4

5

DE
ENA EXCISIONIS
POSITIVO VNIVERSALI
INCESTAS NVPTIAS
STATVTA

Von der

Offtung aus dem Volfe Gottes

IN
STRI PROPTER ALBIM ACADEMIA

H. L. Q. C
DIEM FEBRVARII, A. cIc Ic cc xxxviii

PVBLICE DISPVTABIT

AC SIMVL

MATRIMONIORVM ILLVSTRIVM
EIVS GENERIS EXPONIT

DERICVS BENEDICTVS
CARPZOVIUS, D.

TEMBERGAE, LITERIS HAKIANIS